Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



collationes uel uitas patrum: aut certe aliud. quod edificet
audientes. Non autem ex patribus aut regum: quia infirmis
intellectibus non erit utile illa hora. hanc scripturam audire
Alius uero horis legantur. Si autem dies festus fuerit: dic
ta uespera paruo intercallo mox surgant ad lemonem collatio
nis ut diximus: et lectis quatuor aut quinque foliis. uel qua
tu hora placuerit: omnibus simul conuenientibus et hanc no
ctem lectionis: siquis forte in assignato sibi commisso fuerit
occupatus. occurrat. Omnes ergo in unum congregati com
pleant. Et exeuntes a completorio: nulla sit licentia deinceps
aliquam loqui aliquid. Quod si inuentus fuerit quisquam.
hanc sanctam tacturnitatis regulam: grauiori uindicte
subiacebit: excepto si necessitas hospitum superuenerit. aut
forte abbas alicui aliquid iusserit. Quod autem et ipsum cum
summa grauitate et moderatione honestissime fiat.

De hiis qui ad opus dei uel ad mensam tarde occurrerint. Cap. XIII

Capitulum 43.

Ad horam diuini officii mox ut auditum
fuerit signum. relictis omnibus quelibet fuerint in
manibus: summa cum festinatione curratur. Cum grauitate
tamen: ut non scurrilitas inueniat fomitem. Ergo nichil operi
dei preponatur. Quod siquis ad nocturnas uigilias. post
gloriam psalmi nonagesimi quarti. quem propter hoc omni
no. protrahendo tardiosum uolumus dici occurrerit: non stet
in ordine suo in choro. sed ultimus omnium stet: aut in loco
quem talibus negligentibus seorsum constituerit abbas: ut
uideatur ab ipso uel ab omnibus: usque dum completo opere dei
publica satisfactione penitet. Ideo autem eos in ultimo aut
seorsum iudicauimus deberi stare: ut uisi ab oculis uel a ipsa